In nomine dei omnipotentis incipit
Prologus domni Iohannis grammatici
super huius opera libri.
In nomine sancte et individue trinitatis. Ad honorem et laudem sancte dei genitricis semperque virginis Marie gloriosissime domine nostre.
Imperante domno Henrico IIII romanorum patricio et imperatore. Ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi anno millesimo nonagesimo secundo. Indictione XV. XIIII kal. maias.
Divina inspirante gratia placuit domno Berardo reverentissimo abbati huius ecclesie pharphensis, nobilissima gente progenito florentine urbis, quatinus huius sacri cenobii universa privilegia et precepta necnon et tomos et legales cartas nimia vetustate iam pene consumptas in unum volumen colligere, eaque ad memoriam posteritatis studiosissime declarata, ut gratissime nobis scripta relinquere. Et hoc prudentissimo actum est consilio, ne forte quod sepissime iam evenisse novimus, aut custodum negligentia, aut vetustate consumente nimia, predicta oblivioni traderentur precepta, tomi, carte et privilegia. Que utique describendo nichil eis omnino addidimus, vel minuimus, nec mutavimus, sed corruptis partibus rethorice emendatis, ex respectu quo scripta erant, ea legaliter transtulimus, per manus confratris nostri magne sagacitatis Gregorii sabinensis comitatu oriundi in castro catinensi, nobilissimis parentibus progeniti, et nostre ecclesie fere ab ipsa infantia lacte nutriti.

Gregorius sancte servus iam sisque Marie.
Regni perpetui vitam cupiens adipisci.
Eiusdem semper renovavit scripta beate.
Gliscens post obitum famosum linquere notum.
O [illegible] hunc genitor dona deumque bono

Restaurans libri [illegible]
In templi [illegible] [illegible]
Ut caperet [illegible]
Sic primus pastor [illegible] monachis [illegible]
Christi paulo post [illegible]
Annos ex denos post [illegible] mille [illegible]
Tandem quinorum [illegible] Gregorius [illegible]
Indeque ter denos transcendens plus [illegible]
Nam postquam vestri precepit in ordine [illegible]
Explesset denos annis his nec [illegible]
Nobis migrato primo pastore Berardo.
Successit his compte castum virginis alme
Iussit Berardus tantum quod abba secundus.
Scripsit enim gratis vite qua premia querit.
Gregorium nosces de versibus his catinensem.
Grammata si relegis que sunt exordia dicti.
Scriptorem Christe dona que scandere celum.

Presbiteri Petri sunt hec primordia libri.
Et s[illegible] aldos namque decem per turis optulit ipse.

59A